



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Joannis Maurittii Gudeni Historia Erfurtensis Ab Vrbe Condita Ad Reductam**

**Gudenus, Johann Moritz von**

**Erfurti, 1675**

XXIV.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11903**



*Collegiū Iu-  
ristarū Ma-  
rianum eri-  
gitur.* rum † Marianum Henricus de Gerlftet De-  
cretalium Doctor erexit. (a) Fuit ille pa-  
triâ Ascaniensis, atque hîc dignitates Ec-  
clesiasticas, & ipsam præposituram Eccle-  
siæ B. M. Virginis obtinuit. Prodigus in  
pias causas, præter alia multa Collegium  
hoc redditibus ditavit, pius etiam in pa-  
triam, quam stipendiorum aliquot patro-  
nam pro indigenis voluit.

**XXIV.** Quietem urbis vicinæ tumultus interrumpit: (b) Saxonæ † Principes & fratres, Fredericus Elector, & Dux Wilhelmus a-  
*Ingens dissi-  
dium inter  
fratres Du-  
ces Saxonæ* cerrimis æmulationibus agitabantur. Quod inter hostes crudele, fratrum iræ parum videbatur. Ipsa † Civitas ob incendium tam vicinum sibi timens (c) ab Electore Theodorico auxilia rogat, utque urbem suam tutaretur, admonet. Sigismundus Comes in Gleichen Ducem Wilhelmum secutus, hinc Civitati gravis, sed cives alacribus armis eum reprimunt, ipsiusque & agnati Adolphi agros tamdiu nfestant, usquedum pacis leges rogaret. Litem inter fratres incauti Officiales excitârunt, ignari, quod magnatum odia demum illorum sanguine placentur, qui ea incendunt. Wilhelmus Bohemos emerat, hi ut miles externus solet, plus in prædas quam hostem intenti, in pagos Erfurten-  
*Belli incom-  
modis im-  
miscetur Er-  
fordia, &  
auxilia à  
Moguntino  
rogat.* sium excurrunt, & hospitationibus violentis

(a) Testatur hoc foundationis instrumentum.

(b) Chronica Thuringiæ omnia.

(c) Super sunt literæ.



tis miserè devastant. \* Moguntinus † E-  
lector periculum & momentum rei Cæsari  
ostendit, hic per Legatos fratres æmulos  
Erfurtum citat, ac ad pacem minis, &  
blanditiis hortatur. Idem ArchiEpisco-  
pus facit: hostem judicandum, qui pacis  
leges detrectaret: Fratres auctoritate Cæ-  
saris, minis, ac vicinorum precibus supe-  
rati, Naumburgi diem indicunt, in ita ibi  
pax, & duo Wilhelmi officiales, Apeli-  
us Vicedominus, † & Bussenius, qui fra-  
tres colliserant, rei malorum iudicati exi-  
lio mulctantur. Sed illi † sui Ducis arma,  
& fortalitia in manibus habebant, ut dif-  
ficilis esset sententiæ executio. Arces  
magno conamine expugnantur, Wassen-  
burgum supererat naturâ loci, & muris ex-  
pugnatum difficile. † Negotiû videbatur Er-  
furtensiu virtuti debitû, & erant hi promp-  
tiores, quod eorum ager frequens dam-  
num per excursions ex arce acciperet. \*  
Armatu exercitus, ac sub tubarum, &  
tympanorum sonitu Wassenburgum clau-  
ditur: (a) impar omnis conatus in ta-  
tos apices, & præcipitia: igitur per cunicu-  
los ad sexcentos pedes munimento subdus  
insidiantur: effosso subterraneo aditu in  
areâ erumpunt, ac obstupefactos insolenti-  
tiâ rei, quod antipodes in exitium venire  
crederent, obruunt. Omnes divitias,  
auctas spoliis, huic arci rebelles credide-  
rant; ingens ille thesaurus expugnantibus  
cessit,

\* MCCCCL  
Moguntinus  
pacem inter  
fratres pro-  
moveret.

Vicedomi-  
ni litu in-  
cutores pro-  
scripti.

Principibus  
armis resi-  
stunt.

In arce  
Wassenb.  
ab Erfurtē-  
sibus op-  
pugnantur.  
MCCCCLI.

(a) MS. Chronica Petrensia.



\* MCCCC  
LII.

*Clerus Marianus Rudelstadium Senatui sub certis legibus vendit.*

*Marianum templum re-  
stauratur.*

\* MCCCC  
LVI.

*Severiani  
templi ex-  
structio in-  
certa.*

XXV.

\* MCCCCL  
VIII.

*(a) Supra ad annum MCCCXXII. & MCCCCXXXIX.  
(b) Documenta Archivii Mariani.*

cessit, ipsa arx Duci restituta, \* Ecclesie  
Marianæ † Clerus pagum Rudelstat olim,  
ut dixi, (a) emptum, Senatui acceptis  
ducentis quatuordecim aureis oppignorat,  
(b) seu ut stylus iste fuit, pactâ redimendi  
facultate vendit: census extrâ conven-  
tionem essent, jurisdictionem solum cum  
fructibus haberet Civitas, exigeret ope-  
ras; attamen non ultrâ solitum ruricolâs  
gravaret. Pretium in reparationem tem-  
pli conversum, nam Marianæ Basilicæ na-  
vis vetustate corrosa videbatur, & rui-  
nam passim minari, imo laqueare jam de-  
ciderat. † Casus fortunæ imputatus, quod  
nondum collectis ad sacra hominibus ru-  
isset. \* Demoliti igitur parietes novis la-  
pidibus, & iis quadratis eriguntur, altis-  
simos fornices raræ pilæ, ac tenues su-  
stentant. Paries meridionalis versus am-  
bitum de veteri opere superest, novo mul-  
tum impar. Attamen valvæ majores, &  
introitus super gradus antiquam magni-  
ficentiam, cujus reliquiæ sunt, abunde te-  
stantur. Quando vicinum huic Severia-  
num † fanum surrexerit, nec annales,  
nec in tota æde monumentum testatur,  
Mariano autem antiquius esse satis con-  
stat, ac fortè cum hujus choro extru-  
ctum.

\* Judæos per tumultum plebis con-  
sumptos, & census ab iis Electorali fisco  
pendi